

1950

SCOTTISH LEAVING CERTIFICATE EXAMINATION**LATIN****HIGHER GRADE—(FIRST PAPER)**

Monday, 20th March—9.30 A.M. to 12 NOON

The value attached to each question is shown in brackets after the question.

N.B.—Begin the answer (or fair copy of an answer) to each question on a fresh page. Write legibly and neatly, and leave a space of half an inch between the lines.

Marks will be deducted for bad spelling and bad punctuation, and for writing that is difficult to read.

Translate into English :—

1. *The Gauls brought to Rome as witnesses against Fonteius belong to tribes long hostile to our country. Do not be intimidated by their arrogant behaviour.*

An vero dubitatis, iudices, quin insitas inimicitias istae gentes omnes et habeant et gerant cum populi Romani nomine? existimatis eos hic versari⁽¹⁾ animo demissio atque humili, ut solent ei qui affecti iniuriis ad opem iudicium supplices inferioresque configiunt? nihil vero minus. hi contra vagantur laeti atque erecti passim toto foro cum quibusdam minis et barbaro atque immanni terrore verborum: quod ego certe non crederem, nisi aliquotiens ex ipsis accusatoribus vobiscum simul, iudices, audissem, cum praeciperent ut caveretis ne, hoc viro absoluto, novum aliquod bellum Gallicum concitaretur. si M. Fonteium, iudices, in causa deficerent omnia, si in iudicio testimonii colonorum, sociorum, civium Romanorum omnium premeretur, tamen esset vobis magno opere providendum ne, quos ita afflictos a vestris patribus accepissetis ut contempnendi essent, eos pertimuisse videremini. nunc vero cum laedat nemo bonus, laudent omnes vestri cives atque socii, dubitatis non modo vestris civibus verum etiam exteris nationibus ostendere vos in sententias ferendis civi parcere quam hosti cedere maluisse?

(45)

⁽¹⁾ = go about.

[TURN OVER

2. *The Trojans take leave of Sicily and of their companions who remain behind.*

Iamque dies epulata novem gens omnis, et aris
factus honos : placidi straverunt aequora venti,
crēber⁽¹⁾ ētādspifans rūrsus vōcāt Austēr intāltūm.
exōritūr prodūrva ingēns per litora flētūs ;
ipsae iām mātress ipsi, quibūs aspērā quōndām
visa maris facies et non tolerabile nomen,
ire volunt, omnemque fugae perferre laborem.
quos bonus Aeneas dictis solatur amicis,
et consanguineo lacrimans commendat Acestae.
tres Eryci⁽²⁾ vitulos et Tempestatibus agnam
caedere deinde iubet, solvique ex ordine funem.
ipse caput tonsae foliis evinctus olivae
stans procul in prora pateram tenet, extaque⁽³⁾ salsos
proicit in fluctus ac vina liquentia fundit.
prosequitur surgens a puppi ventus euntes.

⁽¹⁾ = gathering, freshening. ⁽²⁾ nominative = Eryx. ⁽³⁾ = entrails.

Scan the line beginning creber, and the next two lines, marking the principal caesura in each. (40)

3. *The tribunes fear to try Manlius within sight of the Capitol, which he had saved from the Gauls. Judgment is postponed, but he is subsequently condemned and misgivings follow his execution.*

In Campo Martio reus ad Capitolium manus tendens ab hominibus ad deos
preces avertebat. apparuit igitur tribunis, nisi oculos quoque hominum
liberassent tanti decoris memoria, numquam fore in praecupatis beneficio
animis vero criminis locum. ita prodicta die in Petelinum lucum, unde
conspectus in Capitolium non esset, concilium populi indictum est. ibi crimen
plus valuit et obstinatis animis triste iudicium invisumque etiam iudicibus
factum. tribuni de saxo Tarpeio deiecerunt locusque idem in uno homine et
eximiae gloriae monumentum et poenae ultimae fuit. populum brevi, postquam
periculum ab eo nullum erat, ipsas recordantem virtutes desiderium eius tenuit.
pestilentia etiam brevi consecuta ex Manliano supplicio multis videri orta :
violatum Capitolium esse sanguine servatoris nec dis cordi fuisse poeniam eius
oblamat paene oculis suis, a quo sua templis erepta e manibus hostium essent.

(35)